



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De poenitentia fidelium vt confessio eorum non publicè fiat, sed priuatim.  
clix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC

*De fœmina quæ sponte filium suum occiderit.*

*Caput CLVI.*

**S**i mater filium suum sponte occiderit, quindecim annos pœnitentia, & nunquam mutet, nisi die dominica. Mulier autem paupercula si fecerit pro difficultate nutriendi, et ptem annos pœnitentia.

*De illis qui in dominico die nupserint. Cap. CLVII.*

*Ex cœcil. Triburiæ si, cap. 51* **S**i quis nupserit die dominico, petat à Deo indulgiam, & quatuor dies pœnitentia.

*De illis qui confessi iterant. Cap. CLVIII.*

*Ex cœcil. Tolata.* **E**a quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti & sententia condementur.

*De pœnitentia fidelium, ut confessio eorum non publicè fiat, sed priuatim. CLIX.*

*Ex epist. Leonis papæ, cap. 2.* **I**llam etiam contra apostolicam regulam præsumptio nem quam nuper agnoui à quibusdam illicita usurpatiōne comitti, modis omnibus constituo submoueri, de pœnitentia scilicet, quæ à fidelibus postulatur: ne de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publicè recitetur. Conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non vereatur: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea qui pœnitentiam poscunt, non intendant publicare, amoueatur improbabilis consuetudo, nemulti à pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis facta reseruari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio quæ primùm domino fertur, tunc etiam sacerdoti qui pro delictis pœnitentium precator accedit: tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

FINIS Libri Deciminoi.